Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



xviii.

pientia. lumen & seruu sapientiae uocari solent. s; illa lumen illuminans. ista lumen illuminatum. sicut scriptum est. Erat lux uera. quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Istis autem tantum non dicit. uos estis lux mundi. Iustitia quidem sapientia. iustitia & seruu sapientiae nuncupantur. s; illa iustitia iustificans. ista iustitia iustificata. De deo quippe quia sapientia est dicit. ut sit ipse iustus & iustificans. Isti uero dicunt. ut nos efficiamur iustitia dei in ipso. Aliter quoque uenerandum est lumen illuminans. aliter lumen illuminatum. aliter iustitia iustificans. aliter iustitia iustificata. Sapientia uero est. nec habet aliud esse aliud sapere. Seruu autem sapientiae esse quidem sapientes possunt. nec tamen hoc esse habent quod sapere. Nam & esse possunt. & sapientes non esse. Habet uitam sapientia. s; non aliud habet aliud est. quippe cum hoc esse quod & uiuere. Seruu autem sapientiae cum habent uita aliud sunt. & aliud habent. quia; non est hoc esse quod uiuere. Nam possunt uiuere aliquid esse. nec uiuere. Aliud quippe illis est esse. aliud uiuere. quia in ipso parente primo essentiam habuere principium. uitam per accessum. quo prius de terra factus est homo. & postmodum scriptum est inspirauit in faciem eius spiraculum uitae. & factus est homo in animam uiuentem. Sapientia uero habet essentia. habet uitam. s; hoc quod habet ipsa est. unde

in commutabiliter uiuit. quia non ex accidenti s; essentialiter uiuit. Sola quoque cum patre & spiritu sancto uere aeterna est. cuius essentiae comparatum nrm esse non esse est. Huic si eium gum. sumus. uiuum. sapimus. huic si comparamur nec sapimus. nec uiuimus omnino nec sumus. Hinc est quod sancti omnes quando in diuisione spiciunt. quanto magis diuinitatis aeterna conspiciunt. tanto magis se nihil esse cognoscunt. Nusquam quippe legitur quod abraham cinerem & puluerem se esse confessus sit. nisi cum habere meruit cum deo collocutionem. dicit enim. Loquar ad dominum meum. cum sim puluis & cinis. Esse enim se aliquem fortasse crederet. si uerace essentia quae sup est mutume sensisset. dicit uero ubi ad incommutabilem contemplandum sup se raptus est. in pleruis tantae contemplationis potentia dum uideret illum. nihil se esse nisi puluerem uidit. Hinc est etiam quod apostolus repletus eadem sapientia exclamat. memento domine quod puluis sumus. Qui rursus eiusdem incommutabilitatem essentiae contemplatus ait. Omnia sicut uestimentum ueterascent. & sicut operorum mutabis eos & mutabuntur. tu autem idem ipse es. & anni tui non deficient. Hinc ad moysen dicit. Ego sum qui sum. & dices filiis israel. qui misit me ad uos. Solus quippe uerace est. qui solus in commutabiliter permanet. Nam omne quod in sic. & in aliter